

Joachim Otto David Sandow


## **Thesium Miscellaneorum Decadem, In Publica Laetitia, Ob Celebratum Ecclesiae Purioris Alterum Jubilaeum, In Gymnasio Gustroviensi**

Güstroviae: Lembkius, 1717

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832093904>

Druck Freier  Zugang





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn832093904/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn832093904/phys_0001)

DK-9453 (1)

Q. D. B. V.  
**THESIUM  
MISCELLANEARUM**

**DECADEM,**  
IN PUBLICA LÆTITIA,  
OB CELEBRATUM ECCLESIAE PURIORIS  
*ALTERUM JUBILAEUM,*  
**IN GYMNASIO GUSTROVIENSI,**

MODERANTE  
**JOACHIMO OTTONE,**

GYMN. RECTORE,  
*EXERCITII DISPUTATORII LOCO*  
D. NOVEMBR. post horam VIII.

proposuit  
**DAVID SANDOW,**  
Gymnaf. Collega.

---

**GÜSTROVIAE,**  
Typis JOHANNIS LEMBKII, Typographi Aulici  
A. M. DCCXVII.



I.



A jam apud moratiores gentes obtinuit consuetudo, ut insigniores temporum vicissitudines, & facta præcipua, singulari studio observarentur, quo nec posteris occasio deesset, præclara majorum suorum opera cum cura perlustrandi, nec supplicationes, pro felici rerum successu, in posterum intermitterentur. Præcipue vero memoria dignum habuerunt centum annorum decursum, atque hanc ob causam sæculares ludos, quibus urbis conditæ renovaretur memoria, Romæ magno cum splendore agere placuit. Sed hujusmodi ludi, aut ficta sacra variis non caruerunt flagitiis; celebrata nempe à gentibus, quibus veri DEI cultus non concessus erat. Meliora ab iis discimus, qui statuta nobis monstrare Divina, ipsamque hanc sanctissimo Numini placentem exhibere possunt promulgationem, cujus vi & dimidii Sæculi decursus sollempnis erat populo Judaico, vid. Levit. XXV. 10. sqq. add. Lundii *Jüdische Heyligth.* lib. V. c. 32. 33. & 34. Liberum quidem nobis, qui novo sub fœdere vivimus, DEUS noster concessit sacri cultus exercitium, ut certis præcise diebus temporibusque alligati haud simus; sed ea etiam est gregis Apostolici indoles, ut sponte obire omnia, quibus testari summo benefactori indefinentem licet amorem, velit munia. Qvicquid ergo pius Magistratus, DEI vicibus fungens, ad majorem supremi Numinis gloriam celebrandam æquum esse putaverit, id promte & cum gau-

NUKITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

gaudio, quisquis Divina beneficia satis celebrari non posse intellexerit, excipiet, omnemque dabit operam, ut, quæ DEO sacrata sunt, in timore etiam DEI peragere non recuset. Hoc Patrum nostrorum ante hos centum annos fuit institutum: his piis insistimus vestigiis, ut memorabilem illam omni ævo periodum, quæ alterum, à salutarum sacrarum, per insignem DEI virum B. Lutherum, suscepta & feliciter continuata emendatione, finitur sæculum, ex mandato etiam SERENISSIMI PRINCIPIS NOSTRI festam agamus & sollemnem.

II. Non ea autem mente hæc sollemnia peragimus, ac si officio nostro tum satisfactum esse putemus, cum variis externis cæremoniis lætitia fuerit declarata. Quamquam enim & hujusmodi læti animi indicia recte adhiberi posse non abnuamus; multo tamen præstantiora requiri à nobis intelligimus, si DEO placere gaudia nostra velimus. Vel ipsis gentibus sollemnis in sacrarum administratione vox erat: *procul este profani*: & nobis latere nequit, profanum omnino reputari à DEO cultum, qui puro & sincero non peragitur corde. Optimum igitur sacrificium offerimus, cor contritum & humiliatum; lubenti quidem, sed gementi animo fassi, à plerisque tam insigne DEI beneficium, B. Lutheri ministerio exhibitum minus decenti reputari cultu: veniam tamen precamur, neque ingratis sic esse summo Ecclesiæ Præsidi nostram existimamus lætitiâ, qui, quantum gaudeamus thesauris, ex quo Lutherus docere cœpit, grati agnoscimus, adeoque & Apostoli admonitionem nobis propositam esse ducimus 1 Cor. XV. 1. 2.

III. Hanc DEI gratiam nemo satis percipiet, nisi etiam, quanta fuerit priorum temporum barbaries, aliquo modo cognoverit. Summam vero Ecclesiæ Romanæ in fronte Seculi XVI. deformationem spectare licet,

X 2

in

Progr

in corrupta per totum Christiana fidei corpus religione, in depravatissimis Cleri moribus, in Ecclesie contraria vetustissimis canonibus gubernatione, in adscito profanorum pariter & ridiculorum rituum ornatu, in tristi bonarum omnium literarum exilio, dicente B. Fechtio, de ubert. & fructu Hist. Eccl. Sec. XVI. cap. i. Quæ quidem aut negare contra ipsam veritatem, aut modis omnibus palliare student Gnathones è Pontificiorum cœtu; non tamen desunt cordatiorum subinde confessiones, quod res ipsa jubet, non dissimulantes. Ita sane insignis Romanæ fidei nuperrimis temporibus promachus, Bossivetus, in libro de variat. Prot. non negat, Concionatores ejus temporis plurimos non nisi indulgentias, peregrinationes & eleemosynas monachis erogandas, atque adeo pro fundamentis accessoria proposuisse, nec, quantum opus erat, de gratia Christi docuisse, cit. B. Seckendorffio in Comment. de Luth. L. I. §. 2. p. 4. b. Et licet anteriorum temporum infelicitatem negare omnes audeant; ipsa tamen præsentis adhuc ætatis prodigiosa doctrina, nostram in memoriam nobis vocare satis poterit felicitatem. Per singulas partes ire non vacat; suffecerit, vel verbo mentionem fecisse adhuc durantis idololatrici creaturarum cultus, cujus abominationes solido scripto ostendit ac refutavit B. Siricius. Neque minus abominationem piorum omnium merentur, quæ de sacrificio Missatico docent Pontificii, accurato studio discussa à B. Fechtio.

IV. Si quæras: Ubi ergo ante Lutherum fuerit Ecclesia? Cogites, fuisse in ipso cœtu Romano infantes, Psalm. VIII. 3. fuisse gementes, Ezech. IX. 4. fuisse etiam clamantes, multos egregios purioris doctrinæ Confessores, de quibus Flacius in Catalogo testium veritatis, & Gerhardus in Confessione Catholica. *Conservata semper est verior religio in sacrosancto Scripturarum codice, cujus prælectio in Ecclesia Romana publice sonuit, ex quo deducimus, ne*  
ununa

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

unum quidem dogma à nobis defendi, quod non quovis tempore publicos pracones habuerit, nempe per sollemnem praelectionem textus Biblici, qui omnis Divinae veritatis veraque religionis fundamentum est unicum. Quae sunt Meisneri verba, pluribus illustrata in consult. Anti-Less. p. 351. Ita sane, quamvis veritas constet asserto, quo Ecclesiam totam visibilem errare posse defendimus; certissima tamen est Christi quoque Domini nostri promissio, portas inferorum non praevalituras, contra Ecclesiam Matth. XVI. 18.

V. Sufficientes interim causae fuerunt B. Luthero, omnibusque purioris Doctrinae affectis, deserendi tam corruptum in doctrina & moribus coetum. Sicut enim, dum venenata morborum contagia serpunt, fieri quidem saepe videmus, ut in ipsis veneno infectis aedibus vivi quidam remaneant, plurimis atra lue extinctis; nemini tamen, ut hujusmodi ingrediatur domum, aut, si exundi detur potestas, ut remaneat, svademus: ita & in tenebris commorari amplius, aut è carcere veneno infecto non egredi, tutum minime erat. Utinam vero Theologica ab adversariis nostris adhibita fuisset prudentia, non eo forte res devenissent! Sed qui omnibus, puriora sacra amplectentibus, aqua & igni interdixerant, quomodo id requirere poterant, ut tam amica ulterius foveretur societas? Quanta cum humilitate Ecclesiae Proceribus, ipsique summo, quem putabat, Episcopo rem omnem initio statim commendavit Lutherus! quanto cum desiderio postea liberum expetierunt Confessores nostri Concilium! Sed haec omnia surdis narrabantur. Rationes igitur gravissimas, quibus permoti purioris doctrinae Confessores, divortium à reliquis facere necesse habuerint, scripto luculento comprehensas exhibuerunt, vid. Seckend. l. 3. §. 130. p. 602, b.

X 3

VI. A



Progr

VI. A Luthero postea hæsit nobis Lutheranorum nomen, quod cur refugiamus, non idoneam satis causam videmus. Non vero propterea, ut omnes Lutheri sententias & phrasas defendamus, obstricti sumus. Reperiuntur in Lutheri scriptis, quæ Papatum, ipso fatente, redolent; quædam, ab adversariis stimulatæ, terminis non semper honorificis expressa dedit: quæ vero partim excusare partim, bona cum venia tanti viri, deferre licet. Quemadmodum Augustinus etiam, cum Cypriani objiceretur illi autoritas, ego, inquit, ejus autoritate non teneor, quia literas Cypriani non ut Canonicas habeo, sed eas ex Canonicis considero, & quod in eis Divinarum scripturarum autoritati congruit, cum laude ejus accipio, quod autem non congruit, cum pace ejus respuo, apud Siricum in Ostens. Fund. Ab. Pap. p. 75.

VII. Hæc nempe Ecclesiæ nostræ est felicitas, ut non alio fundamento niti velit, quam verbo Divinitus patefacto, ad quod etiam nos ablegat Petrus 2 ep. I. 19. Hinc & Ecclesiæ nostræ merito Catholicæ & Apostolicæ titulus competit; quod ipsum, vel ex sola ad Romanos epistola, probatum dedit B. Lipsiensium Theologus, Güntherus. Hanc etiam ob causam non potest sperari nos inter & Pontificios consensus, cum hi in diversa omnia abeant, & scripturæ partim traditiones, partim Concilia & Patrum consensum, partim Romani Pontificis definitionem impie adjungant.

VIII. Cum variationes doctrinæ objiciuntur nobis, aut aperte falsa comminisci solent adversarii, aut ea omnibus imputare, quæ singulares quorundam sunt sententiæ. Ad publicas fidei nostræ Confessiones, Divino verbo nixas, doctrinam nostram exigere fas est; & eadem, inde à Lutheri temporibus, in Ecclesia nostra conservata intel-

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores ontimi

intelligetur veritas. De domesticis videant Antagoni-  
stæ disidiis, quæ nec Dictatoria vice-DEI potestate com-  
poni possunt. Novissimi sane motus in Gallia, de reci-  
pienda Pontificis Bulla, contra Qvesnellii N. T. promul-  
gata, quam insigniter variare catholicam fidem pro-  
fessos ostendunt!

IX. Intempestiva etiam censura doctrinam nostram  
notant, qui fermentum Papale, eidem adhuc mixtum, de-  
prehendisse sibi visi sunt. Quo spectant vellicationes  
receptæ divisionis trium statuum Hierarchicorum, (vid.  
Unsch. Nachr. 1704. p. 629.) reliquæ Sacramenti in loco de  
Conjugio, (U. N. 1705. p. 118.) necessaria diei Domini-  
cæ observatio, (U. N. 1702. p. 1055.) potestas clavium Ec-  
clesiæ Ministris concessa, (U. N. 1706. p. 418.) confes-  
sio privata ante usum S. Cœnæ retenta, (U. N. 1713.  
p. 83.) & quæ sunt hujus generis alia. Quantocunqve  
studio hæc exagitare Novatoribus placeat, nihil tamen  
aliud probabunt, quam suum carpenti omnia pruritum,  
cum ante memorata doctrinæ capita commode satis ex  
ipsis Divinis literis deducantur. Iniquissima vero est  
calumnia, quando scriptor pestiferi libelli, cui titulus:  
*Lutherus ante Lutheranismum*, (Arnoldo & Karlio curan-  
tibus,) ita de ipso Luthero pronunciat, daß Er selbst schon  
das Päpstliche opus operatum (ô jammer) welches er vor-  
hin mit grossen Eifer als zur vorderthür hinaus gestossen/  
hernach wieder zur hinterthür hinein gelassen p. 8. Quam-  
diu vixit, contrarium docuit Lutherus, omnibus viribus  
fictis pietatis bonorumqve operum exercitiis se oppo-  
nens, veræqve fidei naturam egregie commendans, quod  
vel sola præfatio epistolæ ad Romanos præmissa testari  
satis poterit. Hujus vestigia sollicite legunt, qui tanto  
Doctori successores obtigerunt, quibus putidissime cita-  
to

to loco tribuitur, amissa verior de justificatione doctrina. Tanto se commendant lyncei hi censores veritatis studio!

X. Sancta interim nobis perpetuo erit insignis DEI viri B. Lutheri memoria! Sanctum exoptatissimæ Reformationis beneficium! quod ipsis etiam Pontificiis tantum profuit, ut ex eo tempore vulgatæ suæ versionis emendationem suscipere, ut Scripturam ad probandos fidei articulos adhiberent, ut catechismos introducerent, cantus lingua vernacula instituerent, & indulgentiarum nundinationes temperarent; quæ omnia pec. disp. *quantum Pontificiis Reformatio B. Lutheri ipsis non dissentibus profuerit?* dilucide exposuit B. Mayerus. Imo ipsi summa potestate fungentes inter Pontificios, necesse haberent, agnoscere partam sibi meliorem Lutheri ministerio securitatem. Sed ita communiter evenire solet, ut beneficiorum facile excidat memoria. Nobis, qui B. Lutheri nos conservaturos esse memoriam profiteamur, id indefesso studio agendum est, ut depositum purioris Doctrinæ ita custodiamus, ne perversis moribus Regno tenebrarum nos mancipemus, sed in luce Evangelii tanquam lucis filii ambulemus, omnia studia & opera nostra referentes ad

DEI Solius Gloriam!




NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

Progr

qvæ  
cer  
HA  
I  
EI  
ffii  
ST  
ffe  
N  
D  
CU  
fo  
NI  
col  
IA  
ati  
T  
on  
U  
io  
N  
c





De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies  
 Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen  
 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis stu-  
 diis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, institui-  
 ret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande  
 schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w  
 Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie ent  
 der Universitæt nach Helmstädt mit Nuß verschick  
 Cum deinde turbulento *Brunsvicum*, mox vero Gv  
 tum adiiisset, in secessu vicino *Zessen* ab Avia sua te  
 receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates aut  
 fementes, dictaque Monasteria latius enarrabant Auto  
 Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque  
 stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d.  
 præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M  
 Bericht nach, sollen die Salz-Roten jährlich 2 Tonnen  
 tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g  
 Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena  
 richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet.  
 vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.  
 SIGIUS, plenior sine dubio dabunt notitiam in *Bt*  
*xon. Super.* p. 941. In templo Cathedrali Halensi  
 runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore  
 liberorum Parentis facti, cujus πολυγενίας alia plurac  
 peditabant exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17  
*CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II.* p. 286 - 2  
*Jac. THOMASII, Oratt.* p. 121. *LANSII Consult.* p. n  
 omittam *STEPNERUM in Inscript. Lipsiensibus: A*

